



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

396. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 179
ipse Episcopus exoratus concedere voluerit.
Hoc etiam synodus Nicæna statuit, ut abje-
ctum ab altero Clericum altera Ecclesia non
recipiat.

Item de servis ordinandis. *Ex Concilio
Toletano.*

CCCXCV. Quicunque libertatem à Concil. Tolet.
dominis suis ita percipiunt ut nullum sibiinet ^{4. c. 73.}
in eis obsequium patronus retentet, isti, si si- ^{Burchard. lib.}
ne criminè sunt, ad clericatus ordinem liberè
suscipiantur, quia directa manumissione abso-
luti noscuntur. Qui verò retento obsequio ma-
numissi sunt, pro eo quod à patronis adhuc
servitute tenentur obnoxij, nullatenus sunt ad
ecclesiasticum ordinem promovendi; ne,
quando voluerint eorum domini, fiant ex Cle-
ricis servi.

Item ex Capitularibus, tit LXXXIV.

CCCXCV. Si laici Clericos probabilis ^{Concil. Parisi.}
vitæ & doctrinæ Episcopis consecrandos suis- ^{lib. 1. c. 22. &}
que in Ecclesiis constituendos obtulerint, nul- <sup>lib. 5. Capitu-
la. c. 178.</sup>
la qualibet occasione eos reicant.

De servorum ordinatione. *Ex eodem,*
cap. LXXXII.

CCCXCVI. De servorum ordinatione, ^{Capitulare}
qui passim ad gradus ecclesiasticos indiscretè ^{Aquisgranen-}
promoventur, placuit omnibus cum sacris ca- ^{se Ludovici}
nonibus concordare debere; & statutum est ^{Pij c. 6.}
ut nullus Episcoporum deinceps eos ad sacros ^{Lib. 1. Capi-}
ordines promovere præsumat, nisi prius à do- ^{tular. c. 88.}
minis propriis libertatem consecuti fuerint. Et ^{Burchard. lib.}
^{2. c. 31.}
^{Ivo par. 5.}
^{c. 132.}

M ij

180 R E G I N O N I S L I B. I.
si quilibet servus dominum suum fugiens vel latitans , aut adhibitis testibus munere conductis vel corruptis , aut qualibet calliditate vel fraude , ad gradus ecclesiasticos pervenerit, decretum est ut deponatur , & dominus ejus eum recipiat. Si verò avus aut pater ab alia patria in aliam migrans , in eadem provincia filium genuerit , & ipse filius ibidem educatus & ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, &

* Sirmond. ignoratum fuerit. Codex no- ficer veteris igno- utrum servus sit * ignotum sit , & postea ve- niens dominus illius legibus eum adquisierit, fanicum est ut si dominus ejus illi libertatem dare voluerit , in gradu suo permaneat. Si verò eum catena servitutis à castris dominicis abstrahere voluerit , gradum amittat ; quia juxta sacros canones vilis persona manens sacerdotij dignitate fungi non potest.

De peculiare servorum.

Lib. 1. Capitular. c. 88.
Burchard. lib. 2. c. 23.
Ivo par. 6. c. 38.

C C C X C V I I . De rebus verò illorum vel peculiare qui à dominis propriis libertate donantur ut ad gradus ecclesiasticos jure promoteantur , statutum est ut in potestate dominorum consistat utrum illis concedere an sibi vindicare voluerint.

De peculiare ordinatorum.

Lib. 1. Capitular. c. 88.
Burchard lib. 3. c. 122.

C C C X C V I I I . Ceterū si post ordinationem aliquid adquisierit , illud observandum est quod in canonibus de consecratis nihil habentibus constitutum est.

De servis Ecclesiarum.

Lib. 1. Capitular. c. 88.

C C C X C I X . De Ecclesiarum verò ser-